

Chronicon Brunwylense.

Edidit

Godefridus Eckertz.

(Schluss.)

Fuit itaque hic venerabilis vir valde spectabilis in omni conuersatione sua et per diuersa officia monasterii probatus tandem ad dignitatem abbacialem concorditer electus, vt superius declaratum est. Sed et ipsum honore tanto dignissimum fuisse, eius gesta apertius clamant: quoniam nedum laudabilissime ipsum prefuisse, verum etiam notabilissime prefuisse euidentius demonstrant. Erat siquidem in causis monasterii expediendis vigilantissimus, qui, vt constat, adeo sollicitus extitit in augenda monasterii nostri substancia scilicet obligata et deperdita recuperando, ruinam minanciam restaurando atque utilia et necessaria nouiter erigendo, vt pre multis predecessoribus suis maximum sibi nomen comparauerit ac egregia posteris et imitatione digna reliquerit monumenta. In tantum quoque iusticiam dilexit iniquatemque odio habuit, vt contra iniuriam non solum homini sed etiam catello factam vehementius exacerbaretur.

Sed et hoc clarius demonstrauit in defendendo iura et priuilegia dominii nostri presertim in principio regiminis sui, quando archieписcopus Coloniensis Hermannus quartus exigebat certum pecuniarum censem de ceruisia (sic) subditis nostri territorii vendita, que pecunia vulgaritis gruyt gelt nuncupatur. Philippus quoque archieписcopus successor eius thelonium exegit de vinis nostris, propter quod aliquo tempore dimissa fuerunt in partibus superioribus, donec ipse archieписcopus predictus literas propria manu signatas mitteret nostro monasterio, quibus plenam libertatem priuilegiorum nostrorum approbauit atque eis vti solito more concessit. Clottenses etiam se opposuerunt priuilegiis nostris antiquis longoque tempore vsitatis et

hoc in certis artieulis preter illa, que superius commemorata fuerunt. Quibus omnibus nec non diuersis aliis nulla¹⁾ formidine flexus constantissime restitit allegans sepius, quod mallet collum assere absindi quam iura et priuilegia monasterii nostri infringi siue annihilari et quod mallet decem florenos exponere pro defensione bonorum i.e. priuilegiorum monasterii nostri quam vnum hallensem perpetui redditus de fabrica monasterii perire²⁾ etc.

Hic reliquit marsupia pecuniis plena, que inuenerat vacua, ita ut successor eius non haberet necessitatem pro confirmatione accommodare pecunias, sed adhuc superessent sufficienes. Similiter reliquit copiam vinorum et granaria repleta frumentis. Valde namque prudens et conseruatiuus erat in huiusmodi. Vnde non ipsum in abaciali dignitate sublimatum varie excedendi occasiones oblate inflectere aut in latam voluptuosorum viam abducere poterant. Non corporis robur, non elegans pulchritudo, non denique status celsitudo cor eius inflammare aut tumidum reddere siue peruertere quiuerant, verum, prout erat vir sacris literis admodum imbutus diuinum timorem assidue ante mentis oculos gerens illud sapientis exhortamentum: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, tenaci memoria reuoluit et opere adimpleuit. In tractandis etenim hospitibus humanus atque facetus, erga fratres vero suos benignus, humilis, consolatorius atque discretus extitit, quos tamen priori monasterii secundum regulam et statuta patrum dirigendos et corrigendos seriosius commisit, eo quod ipse satis abunde in exterioribus negotiis occupatus esset. Illos autem, quos pater prior propter rebelliones ac certas malicias siue contra fraternalm charitatem regularemque disciplinam notabiles exorbitationes emendare nullatenus potuit, ipse huiusmodi quam maxime odio habens, quamtotius se opportuno³⁾ tempore in capitulo representans tales per omnimodum⁴⁾ sancte regule ac euangelii processum scilicet auisitatione, exhortatione atque castigatione non precipitanter sed rationabiliter atque prudenter lucrari studuit. Vnde etiam hoc adagium aliquando pro edificatione fratrum proferre solitus erat: si quis iter versus Aquisgranum agere intenderet et deuians tenderet

1) In der Handbschr.: nullo.

2) In der Handbschr.: periri etc.

3) In der Handbschr.: oportuno.

4) In der Handbschr.: omnimodam.

versus Coloniam, certe hic nunquam perueniret ad locum perinten-
sum, quoniam hoc non progredi sed magis retrogradi¹⁾ esset. Quapropter si optatum attingere locum velit, iam multo difficultius ac
molestius ad priorem viam (quam inconsultus reliquerat) remeare
eidem necesse erit: sic est, fratres charissimi (experientia docente
magistra), cum quis a recta regularis discipline semita (quam semel
per maturam deliberationem ac solemnia vota ingressus est) exorbitare
ceperit et aberrare, nunquam ad regna celorum et eterne beatitudinis premia secundum diu Benedicti regulam conuersationem suam
ordinantibus pollicita perueniet. Ideoque maiori grauitatis molestia
et non medioeri confusione necessario oportebit talem ad rectam
virtutum normam regularemque obseruantiam²⁾ reuerti, si
mercedem illam eternam sibi retribui confidit. Hoc itaque quisque
caute prospiciat et viam suam secundum labiorum suorum vota pru-
denter dirigat etc. Illud quoque patriarche Joseph in egypto domin-
antis dictum sibi vendicans dicere consueuerat: michi fratres cha-
rissimi comminatur illa scripture authoritas: nisi adduxeritis fratrem
vestrum minimum, non videbitis faciem meam. Quantis autem de-
votis meditationibus insteterit, ex suis vtique collationibus, quas in
summis festiuitatibus ad cetum fratrum facere consueuerat, quando
presens in cenobio erat, luctuositate animaduerti poterat. Adeo
namque facunde ac feruenter verbum dei non neotericorum more,
sed veterum potius autorum Iheronimi videlicet seu Bernardi em-
ciabat, ita vt audientes in miram spiritus dulcedinem adduceret et
non tedio sed magna delectatione afficeret atque ipsi fratres melliflua
eius verba ac valde gratiosa amplius sitirent; si igitur illi sa-
pientis admonitioni fidem adhibere fas est, scilicet lingua eucharis in
bono homine abundabit, vtique perpendi poterit, non nisi ex corde
bono gratia dei referto et ad deum constanter per fidem erecto
huiusmodi prodiisse, euangelica quippe attestatur sententia: ex abun-
dantia cordis is loquitur. Cum itaque sacra nos instruat pagina
memoriam iusti cum laudibus habendam, certe nullus (vt pie confido)
eius probitatem, sinceritatem, religiosamque eius conuersationem
cognoscens erit, qui multiplicibus ipsum laudibus esse merito ex-
tolendum negabit.

1) In der Handschr.: retrogredi.

2) In der Handschr.: penitudo.

Cuius profecto laudabilis memorie famam quidem sophie filius
naturarum atque causarum explorator acutissimus Joannes Keppeler
nuncupatus artium magister in ackademia (sic) Parisiensi promotus,
advocatus et thelonarius in castello Koninxdorp eidem precipua fa-
miliaritate coniunctus nequaquam latere voluit, verum ob singulares
virtutes, quibus strenue¹⁾ claruit, ipsum posteris imitabilem fore hoc
sequenti epitaphio obnixe desiderauit.

Reuerendi domini Joannis de Weda huius monasterii trigesimi
secundi abbatis (illius nominis primi) epitaphium:

Quam valuere viri sub mitra luce priores
Qui certas mitra collige quisque sequens;
Marthe vita placet certis feroor Magdalene,
Ethereas sedes spectat vterque modus;
Natus Joannes Wed pago proximus abbas
Officio baculi dignus honore fuit.
Quo sibi commissum traheret sublime talentum
Vtque lucri faceret, multiplicauit onus
Respiciens, curtes reparauit prona ruine,
Magnis structuris prenia plura dedit.
Que quanti prestet vel quantum conferat vsu,
Lucet Clottenus laude venusta domus;
Nunc in frumentum primum rapitur mola ventis
Laxanturque mole stantque palude noua,
Delectant multos pictae sub marmore forme,
Iam plures celle iam noua tecta patent,
Ne careat pulchra media testudine templum,
De longo et turri culmine cura fuit,
O quam felicis tam sancte virginis aula
Conditur: en viridis pasculis inde viget,
Sed inuiat in sacris dulcis meminisse laboris,
Diuinis aris extulit ille deum.
Consiliis prudens nulla formidine flexus
Constans et iustus vir fuit ille pius
Sidere felici quasi bis Saturnia regna
Vixit et indubie nauita puppis erat.
Virginis in partum iungens tria lustra trecentis

1) In der Handschr.: strenue.

Tentat mercedis nunc properare dies;
Julius in nonis cum Phebo cancer abundet,
Exanimes artus perdere cepit humo.
O mater virgo Christo fac iudice libra
Sit virtute grauis sit leuis ipsa malis.

Ioannes II. de Lunen, trigesimus tertius abbas
(qui prefuit sedecim annis et octo mensibus).

Posteaquam autem anno domini millesimo quingentesimo quinto decimo nonis Julii venerabilis Ioannes de Weda diem clausisset extream, fratres mox eodem currente anno hincinde conuocati conuenerunt vna cum aliquot rev. dominis abbatibus aliisque prelatis, vt moris est, pro nouo huius monasterii pastore et abbate eligendo. Electus itaque est pater Ioannes de Lunen ciuitatula Markensi pastorem in Zons agens, qui etiam ante ex cellarii officio assumptus in pastorem ordinatus fuerat. Qui pro sua confirmatione, quam paulo post adeptus est, haud exiguum pecuniarum summam scilicet quadragesimos aureos contra nostra priuilegia (quemadmodum etiam eius predecessores aliquoties archiepiscopis eiusque officiariis numerare coactus est. Ordinatus et confirmatus hic venerabilis abbas pro virili collapsa restaurare et integra et sana adhuc conseruare conabatur, sed varias impugnationes et impetitiones a diuersis, qui¹⁾ monasterio male volebant, scilicet Juliacensibus et domicello Stumell aliisque, quos enumerare longum est, qui nostra bona sibi usurpare volebant et moliebantur, perpessus est.

Venerandi huius abbatis acta et gesta scripta non sunt ordine (quippe congesta et hic inserta ab eius obitu anno XV) idque partim ex negligentia, partim quod fratres, quibus id negotii dederunt superiores, segniter insciis superioribus egerunt, partim etiam quod quidem id oneris recusarint, indicantes onus forte grauus, quam cui ferendo sufficerent. Quare ne venerabilis huius abbatis memoria reticeatur et abolescat, cum nequaquam indignus et inutilis huius loci prelatus fuerit, vt ex sequentibus patebit: certe quem multi observarunt et venerabilem estimarunt ob morum eiusdem granitatem, integritatem et sinceritatem paucis insigniora que fecit et edificari curauit tangam, vt leonem ex vnguibus estimari liceat.

1) In der Handſchr.: quo.

In primo¹⁾ eius regiminis anno scilicet millesimo quingentesimo sexto decimo octaua corporis Christi, que cecidit in diem XXIX mensis Maii proprio igne correpta est et exusta domus pistoria et ceruisie coctoria, quam vulgo braxatorium vocant, in fauillam cineremque redacta, vnde versus:

MDX sextum axis dum volueret annum,
Vidimus incensum Bruwylre perniciosum,
Corporis octaua Christi vicesima Maii
Nona fuitque die mediaque incenso²⁾ nocte.

In preacta domo multe fruges exuste, multe quoque delate sunt ad ambitum et alia loca ad conseruandum: que tamen adustionem seruantes³⁾ fratres multo tempore coacti sunt pane et ceruisia prenotatam adustionem sapiente vicitare. Quantum iacture et damni incendium illud monasterio dederit, cuique conjectandum relinqu. Domus namque illius solaria omnia plena erant frumentis, incendium tamen ut corripuerit etiam vnam turrium minorum ideoque seculares vna cum fratribus tulerunt aquam ad turris maioris ambitum, ad turrim incensam iam extinguedam, alioquin totum monasterii edificium vorax flamma absumpsisset. Domum igitur pistoriam et ceruisie coctoriam nouam in eodem loco construi curauit, non edificandi desiderio, sed heu! magna necessitate compulsus nouam, inquam, domum, quantum ad interius edificium, murus enim tantum post incendium mansit. Nam prioris domus edificium cum fundamentis ab venerabili Adam de Moenchroede anno 1491 extructum est. Inter preactam domum et templum erat humile tectum absque illo solarie, sub quo⁴⁾ sepeliebantur prebendarii ac vbi nunc porta illa magna cernitur, erat crater ligneus, idecirco hic venerabilis abbas illo tecto et crate predictis demolitis edificari curauit illud pulcherrimum edificium inter templum et domum pistoriam, quod iam temporis ibidem adhuc cernitur.

Hic etiam extrui fecit murum altum inter monasterium et pomerium, in quo due ianue sunt, altera aperit prioratum, vt vocant, altera aperit ingressum ad pomerium.

1) In der Handschr.: primis.

2) Ist vielleicht incenso (Bruwylre) abl. absolutus?

3) Die gewöhnliche Ausdrucksweise erfordert den Ablativus absolutus.

4) quo fehlt in der Handschr.

Iste etiam abbas maximam campanam in minori turre ob aliquam aliarum fractionem fundi curauit anno 1518, ne pulsus campanarum minor esset quam ipse inuenierat, vt per eum cultui diuino et ceremoniis detractum diceret nemo posterorumque suorum nullus ex eo exemplum et ansam numerum campanarum minuendi sumpsisse videatur.

Edificari etiam curauit carcerem¹⁾ hoc est turrim quadrifidam ante monasterii portam pro captiuorum et facinorosorum detentione et custodia, ante cuius ingressum sculptum est: sanctum est nephias punire, anno scilicet 1517. In eius superioribus duo magna cubicula sunt eum suis caminis. Paulo post anno 1519 aliquot malefice apprehense carceri mancipate sunt. Que tandem propria confessione ree morti adiurate inter Bruwylre et Wedersdorp igne sunt concremate.

Anno domini 1520 Carolus quintus Romanorum imperator pernoctauit in hoc monasterio, quando coronandus Aquisgranum pecuit.

Anno domini 1522 heresis Martini Lutheri in Hassia et Saxonia suppullulare²⁾ cepit, que quia initio in radice abscissa et eradicata non est, in immensam succreuit et dilatata est siluam, vt progressu temporis ramos suos extenderit per totam Germaniam. Omnia monasteria Hassie et Saxonie authore pretacto heretico demolita sunt, monachi et virgines suis monasteriis et sedibus expulsi, bonis et rebus spoliati, vxores ducere vel nubere permittuntur et coguntur.

Eadem tempestate magnus rusticorum exercitus et concursus extitit in terris superioribus volentium et asserentium communionem omnium rerum seu bonorum negantium quoque superioritatem et sublimiores potestates. Hi cum recusassent tributum pendere, magistratus agnoscere et preterea ui non iure aut ratione que liberet in monasteria, castra, arces, oppida et principes tam seculares quam religiosos molirentur et aggressi essent, fit tandem maxima congregatio tam militum quam peditum ad profligandum iniquum et malevolum rusticorum exercitum. Qui cominus in terris superioribus certantes atque preliantes rusticorum exercitus profligatus est et ceteris sieque eorum conatus et illud diaboli conciliabulum dissipatum. Nostri autem maximam predam inde sustulerunt.

1) In der Handschr.: careem.

2) In der Handschr.: suppullurare.

Eodem tempore extracta est domus illa quadrangularis Colonie in longo vico iuxta latam plateam pro reponendis et conseruandis frumentis. Nam antea in conductis solariis reponi consueuerant.

Hic venerabilis abbas sacellum in Clotteno pago nostro ruinam minans a fundamentis refici et maius fundatorum amore edificari curauit, siquidem predicta capella ab Rycheza regina extracta est pro commodo suo, vt se ibidem agente absque tumultu populi missas ad nutum faceret celebrari, quas devote audiret. Et ideo ab incolis reclusorum dominarum dicitur et in turri ex opposito mansisse dicitur, ex qua turri monasterium singulis annis adhuc vrnam vini recipit. Quare preacta capella in honorem s. Nicolai consecrata erit nobis perpetua nostrorum fundatorum memoria et testis nostre iurisdictio-
nis et priuilegiorum, que in Clotteno habemus, quamuis corpus eiusdem regine per infidelitatem sacellani Colonie depositum sit.

Anno millesimo quingentesimo decimo octauo sub hoc venerabili abbate orta est quedam dissensio et controuersia inter monasterium et communitatem in Clotteno et Franciscum vaidts filium s. Nicolai, ideo simul iure Treueris egerunt, vt ex actis in cista conuentuali inclusis patet. In quibus fere continentur omnia priuilegia nostra per modum rotuli transsumpta. Que controuersia tandem pacifice posthabito iure composita est.

Anno M. quingentesimo decimo octauo ictu fulminis et grandinis vehementis contrite sunt segetes, hoc est siligo et triticum inter Bruwylre et Kirdorp et protendebat recta per Bockelmunt ad Rhe-
num vsque, ita vt nihil fere in horrea inuehi potuerit. Predictum damnum maleficarum opera et intoxicatione illatum dicebatur; ideo sequenti anno quatuor aut quinque in Danswylre apprehense exuste sunt, vt supra memini, vna autem earum iuxta altam rotam inter Glessen et Sinteren in igne periit. Quantum damni et miserie tunc videbatur, penna et atramento comprehendere haud valeo, ideo id viro industrio perpendendum relinquo.

Hic venerabilis abbas accepit magnam summam pecunie scilicet MCCCL¹⁾) aureos a diuersis pro vitaliciis, redditibus seu pensionibus annue soluendis (anno scilicet 1525), quam pecuniam archiepiscopo Treuerensi in subsidium contra Franciscum quendam a Sickem²⁾)

1) In der Handschrift so bezeichnet: XIIIIC.

2) Franz von Sickingen.

dioecesim prefatam inuidentem et hinc colligendi exercitus contra rusticos pro exactione numerare coactus est arrestatis vinis.

Sub hoc abate duo altaria constructa sunt, vnum in honore beati Gregorii pape, alterum in honore s. Huperti confessoris. Ea sunt vno die scilicet anno domini 1525 prima die Maii per reuerendum in Christo patrem et dominum Quirinum Cirenensem episcopum domini Hermanni archiepiscopi Coloniensis generalem in pontificalibus vicariis consecrata ad honorem dei omnipotentis et glorioissime virginis Marie et precipue alterum, quod adheret choro, in honore sanctorum Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronimi, Bernardi, Placidi et sociorum eius decem milium martirum ac vndecim milium virginum, in quo sequentes recondite sunt reliquie, scilicet de sanctis Ambrosio, Augustino, Willibrordo episcopis, de purpurea ueste Christi, de societate scilicet Bonifacii pape et martiris, alterum autem in corpore ecclesie precipue in honore sanctorem Huperti episcopi, Cornelii pape et martiris, Cipriani episcopi Mauricii et Gereonis ac sociorum eorundem martirum, Erasmi episcopi et martiris, Adelberti episcopi et martiris atque Seuerini episcopi. In quo sunt he reliquie recondite, scilicet sanctorum Huperti, Cornelii, Willibrordi, Gereonis et Mauricii, Catharine, Barbare, XI milium virginum, de purpurea ueste Christi, de societate s. Bonifacii pape et martiris.

Concessit quoque idem reuerendus antistes omnibus christifidelibus quinque pater noster totidemque Ave Maria dicentibus contrito corde atque deuoto ante quodlibet predictorum altarium sive ad utrumque in dedicatione ecclesie et quatuor principalioribus festinatibus scilicet nativitatis christi, pasche, penthecostes et assumptionis Marie semper virginis eiusque festiuitatibus singulis similiter itemque patronorum eorundem altarium, insuper et sacerdotibus in eisdem celebrantibus in solemnitatibus supradictis octoginta dies indulgentiarum de penitentiis sibi iniunctis in domino nostro Iheso Christo relaxando¹⁾.

34. Abbas fuit Hermannus a Bochum. 35. Abbas Andreas Munsterus Agrippinas. 36. Heribertus Artopaeus. 37. Dionisius

1) Von anderer Hand ist unten bemerkt: sequuntur aliqua que in aliis libris habentur. Auf der letzten, sonst unbeschriebenen Seite finden sich die Worte: Acta abbatum usque ad 33 Joannis de Lumen 9 regiminis annum dom. 1525 inclusive.

Lieck. 38. Joannes Cobelentz Agrippinas. 39. Casparus Rödingen Agrippinas. 40. Joannes Munch. 41. Joannes Mertzenhausen. 42. Nicolaus Schöngens. 43. Philippus Rewerus. 44. Martinus Klingen. 45. Alexander de Richterich. 46. Mathias Francken. 47. Edmundus Schmitz Agrippinas. 48. Matthias Grein. 49. Beda Grotius Agrippinas, qui haec scripsit et addidit 1755, 30. Maii, † 1756¹⁾. 50. Amandus Herriger ex Junkerstorf, † 1778. 51. Anselmus Aldenhoven, Montensis ex Warth electus 1778, † 1810, 15. Junii anno aetatis 78. Sub ipso abbatia per Gallos anti-christianos anno 1802 suppressa est.

Bemerkungen zu der Brauweiler Chronik.

Der Verfasser der vorstehenden Chronik ist in dem Manuscrite nicht genannt, wohl aber der Verfasser einer umfassenden Bearbeitung, die ihm vorlag. Dieser hieß nämlich Bartholomeus Grevenbroich und war Mönch zu Brauweiler. Er wird Heft XVII, p. 139, genannt: primus huins operis collector; Heft XIX, p. 259, heißt es: defunctus est pater Bartholomeus, qui collegit acta monasterii et abbatum.

Bartholomeus Grevenbroich lebte im 15. und im Anfange des 16. Jahrhunderts; im Jahre 1474, als Karl der Kühne Neuß belagerte, war er Diakon (Heft XIX, p. 223). Er spielt einige Male in der Chronik mit, jedes Mal in einer für ihn unerquicklichen Situation. Er ging an der Seite des Abtes Adam von Herzenrath, als dieser in den Straßen Kölns von einer Tuchverkäuferin so unbarmherzig angegriffen wurde. Unter dem Abte Adam von Münch-rath hatte er an der Königsstraße, in der Nähe von Königsdorf, die Reliquien des gleichnamigen Klosters auf einem Tische schön aufgestellt und zeigte dieselben den Pilgern, welche nach Lachen gingen, als ein heftiger Sturmwind heranfuhr und die Reliquien sämmtlich auf den Boden schleuderte.

1) Das Abts-Verzeichniß von Nr. 34 bis 49 röhrt von einer und derselben späteren Hand, von der Hand des Abtes Grotius her.

Annales des hist. Vereins. 20. Heft.

Unter demselben Abte war ein Graf von Reifferscheidt, von vielen Gefährten begleitet, in das Brauweiler Klostergebiet eingebrochen und hatte das abteiliche Vieh, so wie das Vieh der Unterthanen, Schafe, Kühe und Schweine weggeführt und auf sein Schloß Dyck gebracht. Am anderen Tage, am Tage der Gilftausend Jungfrauen, schickte der Abt zwei Brüder auf das Schloß, um den Grafen von Reifferscheidt zur Rede zu stellen; es waren unser Bartholomeus und Heinrich Dett. Das war kein angenehmes Geschäft; die Beiden fürchteten sogar für ihre Haut. Wie es ihnen erging, kann man in der Chronik lesen (§. XIX, p. 226). Bartholomeus Grevenbroich starb im Jahre 1515 an einer im Kloster und in der Umgegend herrschenden Unterleibs-Krankheit.

Die Chronik befindet sich in einem Foliobande; sie beginnt mit der Gründung des Klosters und geht bis zum Jahre 1525. Unser Abdruck beginnt mit dem ersten Abte Ello. Was in unserem Manuscrite diesem Abte vorausgeht, ist grosstheils anderwärts gedruckt, unter Anderem in den Fontes von Böhmer, pars III; Herr Dr. Papci in Berlin wird daraus in den Monumenten von Herz Mittheilungen machen und auf die eigenthümlichen Theile unserer Chronik hinweisen.

Was die Quellen der Chronik angeht, so sind dies zunächst die Urkunden des Archivs gewesen, welche an unzähligen Stellen nach Abtheilung und Nummer angegeben werden; sie werden entweder ganz dem Wortlauten nach, oder kurz, im Auszuge, mitgetheilt. Ferner werden als Quellen angegeben ein Liber fundationis, Chronicum Coloniensem, ein vetustus libellus, in quo altaria habentur descripta.

Diejenigen Ereignisse, welche in die Zeit des Bartholomeus Grevenbroich und seines Fortsetzers und Bearbeiters fallen, beruhen auf gleichzeitiger Aufschreibung. Es hat auch in Brauweiler ein Copiarium gegeben, welches Heft XVIII, p. 107, erwähnt wird.

Der Inhalt der Chronik ist außerordentlich reich; sie veranschaulicht uns vor Allem die verworrenen und unsicheren Zustände des vierzehnten, fünfzehnten und sechzehnten Jahrhunderts. Wir machen noch auf einige Einzelheiten aufmerksam. Heft XVII, p. 138 befindet sich ein Brief des berühmten Abtes Ruprecht von Deutz, in welchem er die Frage, ob auch die Mönche die gewöhnlichen Functionen der Weltgeistlichen: Predigen, Beichthören, Taufen u. s. w., verrichten dürfen, bejahend beantwortet.

Unter dem Abte Amilius kommt der Abt Bernhard von Clairbeauz von Köln aus nach Brauweiler, begleitet von einer dichten Menge körner Bürger; er begibt sich sofort in die Klosterkirche und verehrt an dem Hauptaltare knieend und mit ausgestreckten Armen den h. Nikolaus, den Patron von Brauweiler.

Der siebenzehnte Abt, Heinrich von Nennenberg, unterhielt eine vertraute Freundschaft mit Albertus Magnus; dieser berühmte Dominikaner ist gewiß manches Mal von Köln aus nach dem nahen Brauweiler gewandert. Abt und Mönche waren in Streit gerathen, und Albertus Magnus, der bekanntlich als Friedensstifter bei so vielen wichtigen Verwürfnissen angerufen worden ist, sollte auch hier als Schiedsrichter entscheiden; er schreibt (Heft XVII, p. 173) einen Brief an Mönche und Abt, in welchem er seine Entscheidung suspendirt und sich dahin ausspricht, daß die Verhältnisse noch fünf Jahre, wie sie lagen, unverändert bleiben sollten.

Die Chronik berichtet auch über den Bauernkrieg vom Jahre 1525; sie verdammt das Unternehmen der Bauern und nennt es eine Eingebung des Teufels. Der Abt von Brauweiler muß eine bedeutende Summe an den Erzbischof von Trier geben, um ein Heer gegen Franz von Sickingen und die Bauern aufzubringen.

Das Kloster Brauweiler ist auch von deutschen Kaisern besucht worden. Im Jahre 1505 am Urbanstage kehrte der Kaiser Maximilian im Kloster ein. Er kam von Köln und wollte nach Caster, wurde aber wegen des wüsten, regnerischen Wetters veranlaßt, ins Kloster Brauweiler einzukehren. Er ging zunächst in die Kirche und betete. An das Grabmal des Stifter des Klosters geführt, machte er bittere Bemerkungen über die Vernachlässigung desselben. Als der Abt, welcher verreist war, zurückkehrte, ließ er das Grabmal herstellen und durch Inschriften und Malereien ausschmücken. Der Kaiser nahm im Kloster einige Erfrischungen. Als die Mönche Klage führten, daß durchziehende Soldaten dem Klostergebiete vielen Schaden zugefügt hätten, wies er sie an, einige Mönche mit nach Caster zu schicken, wo er zu übernachten gedenke; und der Kaiser gab dort den Mönchen ein Privilegium, nach welchem die kaiserlichen Soldaten, die das Klostergebiet betraten, geheissen würden, dasselbe sofort zu verlassen. Karl der Fünfte übernachtete in Brauweiler auf seiner Krönungsreise nach Aachen im Jahre 1520.

Es gibt noch eine zweite Handschrift unserer Chronik, welche weiter

geht, als die mir vorliegende; sie hat Einzelnes, was unsere Handschrift nicht hat, und umgekehrt. Erst nach dem Drucke des 17. und 18. Heftes der Annalen habe ich sie einsehen können.

In Folgendem theile ich einige Textes-Abweichungen mit:

Heft XVII, p. 149, §. 24 ist nach der zweiten Handschrift zu lesen: alienationem; p. 153, §. 11 von unten hat die zweite Handschrift quantus statt qualem; p. 157 marcis ponderosis; p. 161, §. 5 von unten verum etiam; p. 164, §. 17 von oben quod statt at; p. 167, §. 14 u. 15 gravamen statt gravemini; §. 21 nach dem Worte terris: vos restrinxerit; p. 172, §. 26 hat auch die zweite Handschr. exhibitum; p. 176, §. 18 hat die zweite Handschr. pascebat; p. 184, §. 23 hat auch die zweite Handschr. domino; §. 25 quando statt qui; §. 26 vitae u. tutae; p. 185, §. 3 hat die zweite Handschr.: compromissariis per viam compromissi simplicis; p. 187, §. 33 sanctam; p. 188, §. 1 von unten exhibendo plus; §. 4 v. u. damnum non modicum et gravamen; p. 189, §. 17 ad avisationem; p. 190, §. 23 ist zu lesen confratrem statt fratrem.

Heft XVIII, p. 97, §. 6 ist zu lesen cogebatur; §. 21 hat die zweite Handschr. vineis statt vinis; §. 37 1320 statt MCCC; p. 99, §. 4 exequiis exhiberi posse; dann cum tum pretiosissima fuerint statt que tum preciosissima fuerint; §. 22 obrizo statt obriso; p. 101, §. 7 nach dem Worte sexto in der ersten Handschr. Anione, in der zweiten Avignonae; p. 104, §. 14 steht in der zweiten Handschr. sub litera P. 2510; p. 106, §. 32 steht in der zweiten Handschr. factam; p. 120 steht in der zweiten Handschr. poena statt des conjicirten periculo; p. 122, §. 19 steht in der zweiten Handschr. denariis; p. 142, §. 36 steht in der zweiten Handschr. pachtarium statt perticarium; p. 143, §. 22 in zweiter Handschr. Schlender; p. 146, §. 5 amica statt auita; p. 158, §. 11: 64 den. 2 hallens.